



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

31. De Officio Judicis Ordinarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

III. Per mortem Legati, si legatio perso-  
na, secus si dignitati annexa sit. Per mor-  
tem autem S. Pontificis non extinguitur of-  
ficium Legati, quia Legatus est *Judex Or-  
dinarius*. c. *Legatos*. 2. h. t. in 6.

## TITULUS XXXI.

De Officio Judicis Or-  
dinarij.

## SUMM ARIA.

1. Quis dicatur *Ordinarius*?
2. Mandata *Jurisdictio* an sit *ordinaria*, vel *delegata*?
3. Referenda est ad *ordinariam*, non tamen in *rigore*.
4. Vicarius Episcopi non *causam generalis*, sed etiam *speciam* est *ordinarius*.
5. Quid inter in eff. An, an quis sit *ordinarius* vel *delegatus*.

**J**udicem *ordinarium* appellamus eum, qui *ordinarie* in causis controversis adiri & *Judicare* posset. Hac enim est differentia inter *Delegatum* & *Ordinarium*, quod *Jurisdictio* *Delegati* sit *restricta* ad *particularē* *causam* v. g. qua hic & nunc vertitur inter *Titium* & *Sempironium*, & regulariter data non habenti de cetero *Jurisdictionem*; *Ordinarij* vero *Jurisdictionem* competit *Jure Magistratus*, quando nimirum aliquis a *Principe*, *Repub.* *Universitate* aut *Collegio* honesto tale officium *consecutus* est, cui de *Jure scripto* vel de *confuetudine* aliqua *Jurisdictionem generalis* est annexa, ex qua talis *Judex* in omnibus *controversis*, vel certo *saltē* *causarum generalium* *Judicare* valeat.

2. Sed quid de *mandata jurisdictione* di-  
cens; anne *ordinarium* vel *delegata* ap-  
pellabimus? Sane inter *mandatam Juris-  
dictionem*, & *delegatam*, necessario dif-  
ferunt *esse* *constituendam*, diversa *Juris-  
dictionem* ad *ordinarium* *referendam* *esse*

*etione ceteroquin conciliari* vix possent. Etenim in *I. fin. ff. de Off. ejus, cui mand. &c.* negat *I.C.* quod mandata *Jurisdictionem* habens eam alteri demaadare possit. *Econtra I. cum Prator. 12. §. 1. ff. de Jud.* dicitur, etiam eum, cui mandata est *Jurisdictionem*, *Judicem dare posse*. Item in *I. 1. ff. Quis a quo appell.* dicitur, quod ab eo, cui mandata est *Jurisdictionem*, non detur appellatio ad mandantem, sed ad mandantis *superiorēm*; *econtra in I. unica. C. Qui pro sua Jurisdictione*, rescribit *Imperator* a *Delegato* recte *appellationem* ad *Delegantem* *interponi*. Quam ob rem *rectissime præter* alios notavit *Fach. 1. Cont. c. 78. & lib. 12. c. 89. Georg. Obrecht. de Jurisd. lib. 4. c. 3. n. 7.* quod mandata *Jurisdictionem* & *delegata plurimum* inter se differant: nam in propriis terminis tunc dicitur *Jurisdictionem mandata*, quando ea in *universum ad omnes generaliter, vel saltē ad omnes unius generis causas* committitur, puta quando quis ad totam mandantis *Jurisdictionem* ejus nomine exercendam, vel saltē in omnibus causis *Civilibus tantum*, aut *Criminalibus tantum* *Judex* *creatur*; *I. solet. 16. cum I. seq. ff. de Jurisdict.* Cujusmodi mandata *Jurisdictionem* de *Jure Canonico* habet *Vicarius Episcopi*, de *Jure Civili* *Legatus Proconsulis*; *I. 4. 6. & I. legati. 13. ff. de Off. Proconsulis*. *Delegatum* vero *pro priè accipimus*, qui ad unam tantum *particularē* *causam terminandam* *Judex* *constituitur*, sive in *Jure Civili* quandoque *Judex datuſ*, quandoque *Delegatus* *appellatur*, d. *I. cum Prator. ff. & I. a. iudice C. de Judic.* Igitur cum ex istis liquido appareat, *mandatam jurisdictionem* non esse *delegatam*, nisi habentem *mandatam jurisdictionem Delegatum ad universitatem causarum* dicere velimus, idēo *mandatam jurisdictionem* ad *ordinarium* *referendam* *esse*

Y 3 putat

putamus; tūm quōd mandatam habens ordinariē tanquam Jūdex adiri possit; tūm quōd mandata jurisdictio censetur propria ipsius mandantis, non mandatarij l. i. s. 1. ff. de Off. ejus &c. & consequenter ordinaria, cūm non nisi ordinariam jurisdictionem habens eam alteri demandare possit. l. more majorum s. ff. de Juris d. tum denique quōd illa, quæ de Jūdice Ordinario ad differentiam Delegati dicuntur, etiam habenti mandatam jurisdictionem recte convenient. Gail. lib. i. obs. 97. num. 12. Quamvis interim libenter concedamus, eum, qui mandatam jurisdictionem habet, non esse ordinarium, si propriissime, & in rigore loquamus; quia eam non habet jure proprio, & à lege, sed alieno beneficio, nec eam demandare potest, atque per mortem mandantis revocatur; qua omnia aliter se habent in ordinario propriissime dicto.

Hinc inferimus non tantum Vicarium Episcopi Generalem Ordinarii nomine venire, ut cum Gl. in c. Romana. 3. in v. generaliter. de Appell. in 6. docent Garc. de Benef. parte 5. c. 8 n. 21. Zoël. de Offic. ord. n. 11. & communiter alii. Sed etiam Vicarium Episcopi Foranum, qui in certa tantum parte Diœcesis constitutus est. Sylv. V. Vicarius. q. 4. quidquid doceat Molina de I. & I. tract. 5. diff. 10. n. 4. & 6. Sanch. de Matrim. lib. 8. diff. 29. n. 10.

Singu'aris quidem est *controversia*, an Vicarius etiam in ijs, quæ ipsi per speciale mandatum committuntur, sit Ordinarius? In quâ, omissis aliorum opinionibus quæ videantur apud Sanch. d. l. num. 6. nos convenienter nostris fundamentis semel positis, ita distinguimus: si Vicario per specialem commissiōnem dato sit potestas illa specialia semper imposterium exercendi, tali casu Vicarius ex doctrina supra ponita erit *Delegatus ad universitatē causarū*,

& consequenter *ordinarius*, & coadunabitur hæc commissio specialis cum primo generali, *juxta cap. accessorum 42. u. R. I. in 6.* Si vero per speciale mandatum detur solummodo potestas limitata, hic & nunc unum speciale emergens peragendi, censemus Vicarium in tali casu esse impliciter *delegatum*, & proinde ab ipso ad Episcopum recte appellari: cūm utique non sit ordinarius; qui non potest ordinari in similibus causis adiri. Lapus, Ancharam & Dominicus apud Sanch. pro nostra sententia d. n. 6.

Porrò an quis sit *Ordinarius* vel *delegatus*, non est tantum quæstio de nomine, verum in re ipsa plurimum intereat.

Nam I. *Delegatus*, qui non sit summus Principis cauam sibi commissam alteri delegare non potest, Ordinarius vero reguliter jus delegandi habet.

II. *Jūdex Ordinarius*, quamvis ut suspicimus saltem de Jure Canonico, c. si quis 4. de For. comp. &c. ut debitus. 59. de Appell. reculari possit, tamen illæ cauæ, ex quibus possit reculari Delegatus, non semper sufficiunt ad recusandum ordinarium, sed debent esse de causis gravioribus. Vid. Holl. in Summa. in tit. de Off. Jud. Delegat. sub rubr. de recus. jud. deleg. & in Tit. de Appell. sub. rubr. de recus.

III. Delegatus ab alio quam à summo Principe, non potest exerci suam sententiam, sed debet executionem Deleganti remittere, ut ex d. c. si quis. 4. de For. Comp. & L. à D. Pio. 15. insprinc. ff. de Rec. jud. communiter traditur, quod secus est in Jūdice Ordinario, qui si mixtum habeat imperium, sententiam suam executione mandare potest, & debet. Vallens. de Off. jud. deleg. s. 4. num. 7.

IV. Citatus ab ordinario, si dubitet de Jure citantis, venire debet & exceptionem suam

sum proponere L. si quis ex aliena. s. ff.  
de iud. citatus vero à Delegato comparere  
non tenetur, nisi libi de delegatione prius  
fides fiat. Gail. 1. obs. 48. num. 17. Minf.  
Cent. 3. observ. 1.

V. Quando jura aliquid committunt Ordinarii locorum, tunc appellatione Ordinariorum veniunt omnes habentes ordinarii jurisdictionem, nisi ex subiecta materia  
apparet tantum Episcopos intellectos suos, vel nisi expellet nomen Episcopi, vel  
Dioecesani apollitum fuerit, Gl. m c. Ordinarii. 3. de Off. Ord. in 6. Joan. Honor. eod. tit. num. 1. Notanter dico: nisi ex subiecta materia aliud appareat, unde quamvis licentiam matrimonium contrahendi vagis iuxta Trid. s. ff. 24. de Ref. matr. c. 7.  
preecepit Episcopum etiam Vicarius concedere possit, Sanch. de Matr. lib. 3. diff. 25.  
num. 10. Archidiacono tamen haec potestas non videtur concedenda, cum ad eum  
cognitio castrorum matrimoniorum non pertinet. Trid. s. ff. 24. de Ref. c. 20. Concederem tamen, si haec ei cognitio in primâ  
infantia per Episcopum demandata est, tunc enim tanquam mandatam jurisdictionem  
habens in causis matrimonii Ordinarii nomine veniret.

VI. Denique Delegatio exipit, si Delegans re integrâ moriatur, non vero officium Judicis Ordinarii, etiam si Princeps, qui ipsum Ordinarium constituit, moriatur, c. 2. de Off. Leg. in 6. Quod tamen patitur limitationem in Vicario Episcopi &  
omnibus illis, qui mandatam jurisdictionem habent, ex speciali ratione, quod illa  
jurisdictione sit propria ipsius mandantis, &  
consequenter una cum ipso etiam extinguitur. L. & quia 6. ff. de Jurisd. Sanch. de  
Matr. lib. 3. diff. 30. num. 7. Quæ de  
publicis Ordinariis in specie hic subiecti  
solent, dicimus infra in Tit. de Majoris.  
& Obcaecis.

## TITULUS XXXII.

## De Officio Judicis.

## SUMMARIÆ.

1. Quid sit Judge?
2. Servi prohibentur esse judges: communis tamen et  
ror in hoc & aliis causis jurisdictionem tribuit, ita  
ut acta videant.
3. Femine regulariter non debent esse judges: fallit in  
Iustificatis quibusdam & in Abbatissis.
4. Minoris quatenus possint vel non possint esse judges &
5. Infames quoque prohibentur, item excommunicati,  
iustificati heretici & schismatici, & num. 6.
7. Judge quomodo debent esse vir bonus?
8. An Judge in favorem amici postit judicare?
9. Inter duas equaliter probabiles sententias eligere po-  
test Judge, quod juxta arbitrium boni viri vide-  
bitur.
10. Judge a munieribus absinere debet.
11. Ejecuta & pacientia Judge potest recipere a pa-  
ribus: consultus tamen est absinere.
12. Quid de sacerulis?
13. Quæ sit differentia inter sacerdus & munera?
14. Judge an passi esse, qui jurisperitus non est?
15. Cur medicus male curans, & advocatus male con-  
sulens ex imperiis teneatur ex vero delicto, non  
autem Judge male indicant per imperiis.
16. Potestas Judge dividitur in Imperium & Juris-  
dictionem, item Imperium in merum & mixtum  
& quid sit merum Imperium?
17. Tres gradus meri Imperii.
18. De Jure Canonico dato etiam merum Imperium?
19. Quid sit mixtum Imperium?
20. Jurisdictio simplex, in quo consistat, & quonodo-  
pes Judges delegatos sit?
21. Quæ differentia inter officium Judicis nobilis &  
meritoriarum?
22. Quibus modis acquiratur Imperium & Jurisdi-  
ctio? estque alia ordinaria, alia delegata.
23. Merum & mixtum imperium ac Jurisdictio pre-  
scriptione acquiri possunt.
24. Quantum temporis ad talen prescriptionem requiri-  
ratur?
25. An prescriptio immemorialis circa res & Iura ad  
summum Principem pertinentia requiratur, re-  
misiva.

26. An